Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sede populum pharaonis. Nonenim omnes qui exierunt hinc israhelitae.
nec quicumque sunt semen omnes & filii; isti ergo qui dubii & in tribulac
tionibus fragiles. Sicut contra moysen & aaron loquuntur
& dicunt., Ex quo die ipse ostensus & existus uos ad pharaonem.
execrabile fecistis odorem nostrum coram eo. Verum dicunt isti.
licet ignorent fortasse quod dicunt. sic caiphas ille uerum
dicebat quia expedit uobis ut moriatur unus pro populo. sed quid
dicere & nesciebat. Sicut ait apostolus dicit. Xpi bonus odor
sumus. sed alius inquit odor deuitae in uitam. alius autem
odor de morte in mortem. Haec & prophetica sermo suauis
odor est. credentibus. Dubii uero & incredulis & hinc qui se populum
confitentes esse pharaonis odor execrabilis efficitur, sed & ipse
moyses dicit ad eum. quia ex quo locutus sum cum pharaone.
adflixit populum tuum, cessatum est enim quia antequam sermo audiretur
antequam predicatio diuinae moueretur. non est tribulatio.
non est temptatio. quia nisi bucina & tubae non commouetur bellum.
Ubi uero signum belli tubae praedicationis ostenderit. ibi insequitur
adflictio. ibi omnis tribulatio piis pugnae consurgit, ex
quo ergo loqui coepit moyses & aaron ad pharaonem.
adfligitur populus dei, Ex quo ipse enim cum tuae sermo displi
cuisse. Necessario cessant ipsae uirtutes; aduersum uitia
suscitentur; Prius uero quam uenire & sermo quiescere & uitia
ipsae ipse praecedunt erant. sed ubi sermo dei praeceptis
coepit uniuscuiusque discrimen. tunc perturbatio magna.